NOUVELLE REVUE THÉOLOGIQUE

66 Nº 3 1939

Actes du Souverain Pontife. Motu proprio de S.S. Pie XI sur l'organisation des tribunaux ecclésiastiques en Italie pour les causes en nullité de mariage.

Émile BERGH (s.j.)

p. 334 - 338

https://www.nrt.be/en/articles/actes-du-souverain-pontife-motu-proprio-de-s-s-pie-xi-sur-l-organisation-des-tribunaux-ecclesiastiques-en-italie-pour-les-causes-en-nullite-de-mariage-3653

Tous droits réservés. © Nouvelle revue théologique 2026

Motu proprio de S.S. Pie XI sur l'organisation des tribunaux ecclésiastiques en Italie pour les causes en nullité de mariage. — (Motu proprio du 8 déc. 1938. — *A. A. S.*, XXX, 1938, p. 410).

Qua cura quave diligentia Sancta Ecclesia decurrentibus saeculis iura et firmitatem Sacramenti Magni tutaverit, universa testatur historia, ut recenter in Litteris Encyclicis « Casti connubii » breviter adumbravimus.

Et merito quidem, cum matrimonium christianum non modo ad coniugum spirituale itemque temporale bonum tendat, sed praecipue ad prolis generationem sit divinitus ordinatum, ut genus humanum, iuxta Dei praeceptum, « crescat repleatque terram », sitque proinde matrimonium simul et Ecclesiae et Reipublicae verum et unicum seminarium.

Cum vero matrimonium ipsum in contractu ad Sacramenti dignitatem evecto consistat, nonnumquam evenire potest, contractum ipsum, et consequenter Sacramentum, nullitate laborare, eo quod coniuges contrahendi incapaces exstiterint, vel aliquo canonico impedimento dirimente praepediti fuerint, aut quia coactum attulerint consensum, vel eundem consensum non valida expresserint forma, et ita porro.

Hisce in casibus iudicium ferre de validitate aut nullitate matrimonii ad Ecclesiam exclusive pertinet, quae ad rem adhibet tribunalia ecclesiastica ad tramitem canonum constituta, quaeque iuxta normas ad hoc latas procedere in tam gravi negotio tenentur, prouti vel recentissime salubriter et conspicue provisum est per Instructionem S. C. de Disciplina Sacramentorum die XV mensis Augusti, a. MDCCCCXXXVI datam, quam hisce Apostolicis Litteris Motu Proprio datis confirmatam volumus, pro omnibus tribunalibus valituram, salvis, pro Tribunalibus Apostolicis, eorundem peculiaribus normis.

Quam autem arduum sit munus definiendi utrum in casu concreto Sacramentum matrimonii validum exstiterit necne, quisquis facile percipiet, si prae oculis ponat naturam controversiae a tribunali dirimendae. Ita pariter superfluum videtur pericula et damna declarare quae, ex fortuito errore vel in iure vel in facto a iudice admisso, et partibus et matrimoniali instituto et bonis sive familiarum sive civilis societatis ipsius obvenire possint.

Quod si sapientissimus ille Rex Salomon ad Dominum humiliter clamare cogebatur : « Quis poterit iudicare populum istum, populum tuum hunc multum ? » (III, Reg. I, 9) cum tamen de iudiciis temporalibus non autem de spiritualibus ageretur, quamnam excellentiam

sive virtutum moralium, sive scientiae, sive prudentiae, sive ingenii necessariam putabimus pro iudicibus ecclesiasticis, ut suo muneri ipsi pares inveniantur ?

Merito, proinde, praelaudata Instructio ait : « Attenta harum causarum gravitate necnon difficultate, tum quoad leges procedurales servandas, tum quoad intrinsecum causae meritum, Episcoporum est, *graviter onerata eorum conscientia,* caute et diligenter seligere sacerdotes, quorum prudentia et probitas sit omni exceptione maior, quique *laurea* vel saltem licentia in iure canonico sint praediti, sin minus scientia et experientia iuridica *vere* polleant » (art. 21).

Facili prorsus negotio, igitur, quisquis percipit cur in Italia, ubi, ob magnum dioecesium numerum, permultae parvo territorio exiguoque clero constant, gravi immo quandoque insuperabili difficultate afficiantur Ordinarii in officialibus et iudicibus vere peritis suo tribunali praeponendis. Quae proinde difficultas si prae oculis ponatur, manifesta apparet necessitas assignandi pro tractatione causarum matrimonialium quaedam tribunalia, numero pauciora, quae, omnibus numeris absoluta, rite et laudabiliter proprio munere fungi queant.

Postquam, ergo, Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum, plurium annorum labore, accurate notitias circa tribunalia causasque matrimoniales ab Ordinariis Italiae conquisierit eorumque vota receperit, et postquam super praesenti negotio peritorum vota postulaverit, rem totam in suis Plenariis Comitiis diei XXII mensis Iulii currentis anni, intervenientibus quoque Eminentissimis Patribus S. C. Consistorialis, Nobis decernendam proposuit.

Quapropter, Eminentissimorum Patrum votis mature perpensis, Motu Proprio, certa scientia ac de Apostolicae plenitudine potestatis, haec omnia, quae sequuntur, statuenda decrevimus ac decernimus :

I. Singula quaeque Regio Conciliaris seu Ecclesiastica Italiae constituet circumscriptionem unicam unumque habebit regionale tribunal quoad tractationem et decisionem causarum de nullitate matrimoniorum. Ideoque in prima instantia tractabuntur causae Regionis Conciliaris 1) Pedemontanae apud tribunal *Taurinense* ; 2) Longobardicae, apud *Mediolanense* ; 3) Liguriae, apud *Ianuense* ; 4) Aemiliae, apud *Mutinense* ; 5) Venetae, apud *Venetiarum* ; 6) Romandiolae, apud *Bononiense* ; 7) Aetruriae, apud *Florentinum* ; 8) Umbriae, apud *Perusinum* ; 9) Picenae, apud *Firmanum* ; 10) Latii, apud Tribunal *Vicariatus Urbis* ; 11) Aprutinae, apud *Teatinum* ; 12) Beneventanae, apud *Beneventanum* ; 13) Lucanae et Salernitanae, apud *Salernitanum* ; 14) Campanae, apud *Neapolitanum* ; 15) Apuliae, apud *Barense* ; 16) Calabriae, apud *Rheginense* ; 17) Siculae, apud *Panormitanum* ; 18) Sardiniae, apud *Calaritanum.*

II. Pro tractatione praedictarum causarum in gradu appellationis, incolumi semper facultate directe provocandi ad Sacram Romanam Rotam iuxta can. 1599, § 1, n. 1 Codicis I. C., ad quam Vicariatus Urbis semper appellabit, ita procedetur :

Ad tribunal Taurinense deferentur causae in prima instantia tractatae apud tribunal *Ianuense ;* ad tribunal Ianuense, quae apud tribunal *Mediolanense* ; ad tribunal Mediolanense, quae apud tribunalia

Taurinense et *Venetiarum* ; ad tribunal Venetiarum, quae apud tribunal *Bononiense* ; ad tribunal Bononiense, quae apud tribunalia *Florentinum* et *Mutinense* ; ad tribunal Florentinum, quae apud tribunalia *Perusinum* et *Firmanum* ; ad tribunal Vicariatus Urbis, quae apud tribunalia *Neapolitanum* et *Calaritanum* ; ad tribunal Neapolitanum, quae apud tribunalia *Panormitanum, Rheginense, Salernitanum* et *Beneventanum* ; ad tribunal Beneventanum, quae apud tribunalia *Barense* et *Teatinum*.

III. Officiales, iudices, promotores iustitiae, defensores vinculi aliique administri horum tribunalium — excepto tribunali Vicariatus Urbis, cuius Officialis, iudices, etc. ab ipso Summo Pontifice, proponente Eminentissimo Cardinali Urbis Vicario, nominabuntur — deligendi sunt et constituendi, ad definitum tempus, ab Exemis Ordinariis in Coetibus Regionalibus.

IV. Horum tribunalium iura et officia necnon practicam agendi rationem Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum definiet, etiam circa tempus quo quae supra statuimus exsecutioni demandanda sint, necnon circa normas temporarias relate ad causas pendentes.

V. Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum vigilem sedulamque, pro suo munere, det operam, ut tum Officiales, tum iudices, tum, praesertim, promotores iustitiae et vinculi defensores muneribus suis rite naviterque perfungantur iuxta normas ab eadem S. C. editas vel edendas.

Haec statuimus, non obstantibus quibuslibet in contrarium facientibus, licet speciali mentione dignis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die VIII Decembris, in Festo Conceptionis Immaculatae B. Mariae V., anno MCMXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

Le Concordat de 1929 entre le Saint-Siège et le gouvernement italien réserve aux seuls tribunaux ecclésiastiques, pour tous les mariages célébrés religieusement, les causes en déclaration de nullité ou en demande de dispense « super rato et non consummato » (art. 34). Au tribunal pontifical suprême de la Signature est confié le contrôle de divers points de la procédure. L'Etat, par l'intermédiaire de la cour d'appel compétente, rend exécutoire, pour les effets civils, la sentence du tribunal ecclésiastique.

Le très grand nombre de diocèses en Italie (278 au début de 1936), le peu d'étendue de la plupart d'entre eux, le manque de prêtres rendent malaisée la constitution de tribunaux ecclésiastiques parfaitement au fait d'une procédure difficile, très importante et qui ne peut traîner en longueur. La remarque était faite déjà en 1931 par le professeur A. C. Jemolo dans la *Rivista di diritto processuale civile* (1). Il semble par ailleurs que les causes en nullité introduites de-

(1) p. 145. Cfr *Il diritto ecclesiastico e rassegna di diritto matrimoniale*, 1938, p. 501.

vant les tribunaux ecclésiastiques ont été plus nombreuses depuis le Concordat (2).

Il y avait à veiller à ce que la pleine reconnaissance faite par le pouvoir civil de la législation canonique en cette matière ne donnât lieu à aucun abus et ne tournât pas au détriment de la sainteté du lien conjugal. La Congrégation des Sacrements s'y est appliquée depuis des années, en suivant de près le fonctionnement des tribunaux ecclésiastiques d'Italie dans les causes matrimoniales.

La réforme entrevue — réduction considérable du nombre des tribunaux compétents — à cause de sa gravité, ne pouvait être imposée précipitamment (3). Elle déroge en effet à un principe fondamental de la procédure ecclésiastique et notamment de la procédure en matière matrimoniale : le pouvoir judiciaire de l'Ordinaire du lieu (4). On vient cependant d'en arriver à prendre cette mesure.

Le Motu proprio du 8 décembre dernier, après avoir exposé les considérations que nous venons de résumer, décide la création de dix-huit tribunaux régionaux de première instance, qui seuls pourront rendre les sentences en nullité de mariage. Ces régions ont été fixées naguère par la S. C. Consistoriale pour la tenue des conciles provinciaux et pléniers (5). En seconde instance, outre la Rote, à laquelle le tribunal du Vicariat de Rome devra, et les autres tribunaux régionaux pourront appeler (c. 1599, § 1, n. 1), neuf seulement de ces dix-huit tribunaux seront compétents. Leurs ressorts sont fixés de telle façon qu'en aucun cas ils ne soient, l'un pour l'autre, mutuellement tribunal d'appel.

Puisqu'il s'agit d'un tribunal régional, tous les Ordinaires intéressés interviendront dans la nomination de son personnel; pour le tribunal du Vicariat de Rome, le Saint-Père se réserve le choix de ses membres, sur présentation du Cardinal Vicaire. Le Motu proprio confirme explicitement l'Instruction de la S. C. des Sacrements du 15 août 1936 (6) sur les normes à suivre dans les tribunaux diocésains pour

(2) *Il diritto ecclesiastico, ibid.*

(3) Le prof. Jemolo (l.c.) préconisait l'extension de l'usage de la délégation des causes à des tribunaux voisins mieux organisés.

(4) c. 1572, 1964. Normae 15 aug. 1936, art. 3.

(5) S. C. Consist., 15 febr. et 22 martii 1919, *A. A. S.*, XI, 1919, p. 72 et 175.

(6) De nombreux commentaires ont déjà paru sur cette Instruction : J. Torre, *Instructio servanda a tribunalibus diœcesanis in pertractandis causis de nullitate matrimoniorum a Sacra Congregatione de Disciplina Sacramentorum edita*, Neapoli, 1937 (*N. R. Th.*, 1937, 232) ; W. J. Doheny, *Canonical Procedure in Matrimonial Cases*, Milwaukee, 1938 ; I. Benedetti, *Ordo iudicialis processus canonici super nullitate matrimonii instruendi iuxta instructionem a S. Congr. de Sacramentis*, Taurini, 1938 ; R. Naz, *La Procédure des actions en nullité de mariage d'après l'« instructio » de la S. Congrégation des Sacrements du 15 août 1936*, Paris, 1938.

les causes en nullité de mariage. Il veut que l'application s'en fasse dans tous les tribunaux, exception faite des normes propres aux tribunaux apostoliques. Toutefois, le Motu proprio annonce que la même Congrégation fixera ultérieurement les droits, les devoirs, la procédure des nouveaux tribunaux régionaux italiens, la date d'entrée en vigueur de la réforme, ainsi que des règles provisoires pour les affaires pendantes.

D'après l'*Osservatore Romano* (7), les tribunaux diocésains ordinaires, qui ne sont nullement supprimés, pourront encore être appelés à faire une partie de l'instruction, sur commission rogatoire.

D'autre part, le Motu proprio ne décide rien au sujet de l'instruction, toujours si délicate, des demandes de dispense « super rato et non consummato ». Restera-t-elle confiée généralement aux tribunaux diocésains ou bien sera-t-elle réservée aussi aux tribunaux régionaux ? Nous croyons savoir que la multiplicité des demandes de ce genre avait amené Pie XI, à la fin de son pontificat, à une particulière sévérité dans l'octroi de cette dispense. A l'occasion de récentes controverses sur le sens et la fin du mariage (8), il est intéressant de noter cette phrase très nette du Motu proprio : « Cum matrimonium christianum non modo ad coniugum spirituale itemque temporale bonum tendat, sed praecipue ad prolis generationem sit divinitus ordinatum, ut genus humanum, iuxta Dei praeceptum, « crescat repleatque terram »... ».

E. BERGH, S. I.